

11.2 - atti amministrativi e giudiziari, 1122. -1689. (carte 173. - 176)

(ottavo fascicolo - carta 173.)

Ex Processu B. 2°. Caps. XIV o alias P.

c. 13. Joannes Ant.s Lupus Dei et Aplicae Sedis gra. E.ps Tarv. etc.
 Justis de causis animum nostrum moventibus interdiciamus, et prohibemus omnibus, et quibuscumque Sacerdotibus, et Clericis, cuiuscumque gradus, et conditionis huius Civitatis, et Dioecesis, Beneficiatis et non Beneficiatis sub poena libr. 100. et Carceris ad arbitrium nostrum elevandum et applicandum; et in subsidium iuris suspensionis a divinis illico incurrendae absque declaratione, ne quis eorum audeat, vel praesumat se subiicere examini cuiuscumque Ecclesiasticae personae, seu Notarii ab ipsis suprad. is personis Ecclesiasticis deputatis in quacumque Causa, tam civili, quam criminali. Insuper proibhemus sub eiusdem poenis, ne quis clericus fungatur officio Nuntii, citando, vel monendo ad instantiam dictarum personarum Ecclesiasticarum aliquam personam Ecclesiasticam, Sacerdotem, vel Clericum, beneficiatum seu non beneficiatum, nisi de n.ro mandato, vel Vicarii n.ri Generalis¹: mandantes hoc edictum affigi Valvis Ecclesiae Cathedralis Tar. et aliarum Ecclesiar.m; volentes huiusmodi edicti affixionem ita omni. s et sing.lis personaliter fuisset intimatum. Nemo audeat hanc paginam refringere, seu delere sub poena excommunicationis nobis reservate.

Dat. Tarvis. in Palatio E.pali die 12. Januar. 1650.

L. S. Io: Ant.s Lupus E.ps

Joan. Bapt.a.Berti Coadiu.e M.o

c. 14. Jo: Ant. Lupus Dei, et Ap.lica Sedis Gra. E.ps Tarvis. etc.
 Pervenit ad aures nostras cum non modica animi n.ri displicentia per Il.m Cap.lum huius Eccl.e Cath.lis captam fuisse partem de formando processu iudicialiter, et ser. ser. contra pb.rum Tortolinum Praebendatum de, et super eo, quod ausus fuerit cancellare suum nomen de quadam schedula affixa Valvis Eccl.iae Cath.lis Sacristiae, in qua erat descriptum, et annotatum pro deferendo baculo pro ordinatione Processionis crastina die faciend.: RR.mi DD. Josephi Melonii, et Matthaei Bombeni Canonorum ad dictae partis executionem. Qua iurisdictione cum omnino careant, ideo tenore praesentium praecipitur. et mandatur ipsis RR. DD. Josepho Melonio, et Matthaeo Bombeno Canonis, sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurrenda, ne per se, vel alium, seu alios audeant in praemissis se ingerere, alias procedetur ad ea quae iuris fuerint, et si opus etiam, etiam ad alia remedia facti. Verum etc. Tarvisii in Palatio E.pli Die 9. Aprilis 1650.

(?)Jo: Ant.s Lupus Epi.s Tar.

Jo: Morellatus Cancell. Ep.lis ...(?)

Ex authentico in Archivo Cap.li asservato.(a lato, in margine sinistro)

1689. 5. Sett.e (ancora a lato)

ab extra: Sp. et Egregio Vir. D. Pot.i et Capit.o Tarv. h. dointus:

Spt. et Egr.eVir. Cum ex forma rerum iudicatarum in Exc.mo Collegio in Contradict.o Iudicio inter R.m E.pum istius Civitatis ex una, et RR. Can.cos istius Cath.lis ex altera sequuto anno 1654. dicti RR.Can.ci habeant liberam gubernationem eiusdem Eccl.iae, et ius instituedi et destituendi, atque formandi Processus in casibus, in quibus non ingeritur poena afflictiva, et sequuntur absque praesentia eiusdem R.mi E.pi; . . .

¹ (come sopra) V. c. 15. del processo medesimo la Protestazione di nullità fatta dai Can.ci Melonio, e Bombene contro li due qui notati Monitorj.

e cum nobis expositum, quod per Cancellarium eiusdem R.mi E.pi modo formetur Processus in quodam facto iniuriarum, et attentatorum occurso in Sacristia dictae Cathedralis, seu extra ipsam in dicta Eccl.ia inter RR. Baptistellam et Miatum Praebendatos; et cum hoc non sit admittendum in spretum rerum iudicatarum; et in praeiudicium iurisdictionis Capituli dictorum RR. Can.corum:

Ideo V. R. S., ut mandato n.ro . . .

(carta 173, tergo: continua nella metà inferiore della carta)

n.ro praecipi et committi faciat praedicto Cancellario, quod sub poena Duc. 500. Arsanatui n.ro applicandorum desistere debeat a formatione dicti Processus, nec super illud nil innovet, nec innovari permittat: sed relinquat, ut praedicti RR. Can.ci possint formari facere, et continuare formationem dicti Processus iuxta tenorem rerum iudicatarum: et sic exequatur, et exequi faciat, et bene valeat etc.

Et si quid habet in contrarium, rescribat.

Venetis, 5. 7.bris 1689.

(L. S. S. Marci) (*a lato*)

Sebastianus Superantio Advpc. Comm.is

(riprende nella metà superiore di carta 173.,tergo)

Autograph. Membrana in Tabulario Collegii Nobil. Tarvis. asservata²

Alexander Ep.s Ser.Ser.Dei

Vener. fr. E.po, Decano, et Capitulo Tarvisin. Salutem, et Apl. Benedict.

Pro dilecto filio n.ro filio Nob.V. Comitis dicti de Tarvisio affectuosas preces Universitati vestre porreximus sine dubitatione credentes, Vos tanto celerius mandatum Apostolicum impleturos quanto majora per illud de quo agitur Eccl.e v.re commoda proventura creduntur. Unde quum in executione mandati n.ri, presertim quoad ad obsequium, et Onorem Eccl.e vestre pertinet, negligentes existere non debetis; universitati V.re per iterata scripta rogando mandamus, atque precipimus, quatenus filium prefati Comitis in Canonicum pro reverentia precepti n.ri, et consideratione ipsius benigno recipiatis affectu: ita quod ad instantiam nostram locum Se gaudeat, et beneficium assecutum; et nos obedientiam vestram merito possimus, cum audierimus, commendare.

Datum Tusculani³ 16. Kal. Aprilis.

V. Bolla di Lucio III. ne' Documenti aggiunti dal Can. Scoti alla seconda Serie de' Vescovi Trivigiani c. 166. An. 1181. 18. Sett., e in questo c. 176. t.o.

. . .

² (*a lato, in margine sinistro*) Ex.

³ (*come sopra*) nempe A. 1172. quo Alex. III. Tuscoli morabatur V. Baron. ad h. a. XV.

Barthol. in Annotat. ad engel l. III. Cap. 5. D. 2. affirmat sub Adriano pp. IV. qui paucis annis praecessit Alex. III. "mandata de providendo" obtinuisse.

Ex Membrana authographa Archivii Collegii Nobb. Tarv.
Fascio segn.o “Carte concernenti al Capitolo della Cattedrale”.⁴

Clemens Ep.s Ser. Ser. Dei

Ven: F.ri ... E.po, et dilectis filiis Canon.Tarv. sal. et Apl. Ben.m⁵

Licet felicis record. Urbani P.P. predecessoris n.ri litteras, et n.rum mandatum receperitis, et preceptum ut T. Maurocenum Subdiaconum n.rum in Canon. vestrum reciperetis et fratrem, preceptum n.rum surdis auribus, quod grave gerimus, pertransistis.

Quia igitur quod a prefato precess. n.ro et a nobis de pref. Subdiacono laudabiliter noscitur inchoatum, relinquere nolumus imperfectum; discretioni v.re per Ap.lica scripta mandamus, atque precipimus, quaten.s predict.m Subdiaconum in Fr.em et Canonic. v.rum liberaliter admittentes, pro reverentia B. Petri et n.ra ei Stallum in Choro, et locum in Capitulo assignetis; ita quod saltem hac vice mandatum Ap.licum congruum sortiatur effectum, et per alium exequi non cogamur, quod per vos executioni mandari cum instantia postulamus.

Datum Lateran 4. Non. Junii Pontificatus n.ri A. II.

(carta 174, tergo)

Caps. XVIII. Processo B. 3.o

Il Vescovo eseguendo il Decreto del Visitatore 1584. 22. 9.bre fa la detrattazione della parte de' frutti, che dovrà contribuire ogni Benefizio per la Residenza: così

Dignitates

	R.dus D.ns Decanus L. 160.	M.a 2.da R.us D.Julius Solicus L. 456:13. 4:
	R. D. Archidiaconus = 206:13:4:	Preganz.o R. De Bern. Gandinus = 430:
	R. D. Primicerius = 490:	Villorba R. D. M. Ant.o Gadaldin.o = 356:13:4
S.M.Pic.	R. D. Jacobus Comes = 153:6:8	Monigo R. D. Tutius Vonicus = 316:13:4
	R. D. Albrighettus de Raynel. = 306:13:4	R. D. Ant.o rodianus = 416.13:4

Canonici

Bojago	R. D. M. Ant.o Avogarius = 206:13:4	R. D. Franc.s Mar.a Maronus = 230:
Zannetti	R. D. Livius Bisanus = 116:13:4	R. D. Thomas de Thomasiis = 390:
Preg. P.°	R. D. Ant.o Pisauro = 246:13:4	de S.to Ger. R. D. Blasius Guilermus = 330:
S. Christina	R. D. Ioannes Capello = 630:	R. D. Lucius Sacilus = 253:6:8.
	D. Plinius becanisius pro Magisterio L. 46: 13: 4.	D. Dominicus Fabronus L. 100.
	R. d. Livius bisanus = 160:	D. Joseph Ambrosius = 183: 6: 8
	D. Donatus Gastaldis = 103:	D. Marcus de Sartis = 63: 6: 8
	D. Latinus de Sclaribus = 160:	D. Jacobus Zacarias = 160:
	D. M. Ant.o Narvisia = 113: -- 8:	

. . .

⁴ (sotto la nota 5.) 1189. 5. Junii

⁵ (sopra la nota 4.) Nota = che anco i Patriarchi d'Aquileja si attribuirono l'autorità di spedire simili “mandati de providendo” ai Capitoli delle Chiese alla loro suffraganee; come appare dal Rotolo 1284. 13. Maggio. ma non andò innanzi tale pretesa.

Mansionarii.
Prebendati

P. Franciscus Veretenus L. 33: 6: 8:	P. Christoforus panusim L. 180
P. Plinius Becarusius = 133: 6: 8:	P. Georgius Volta = 126: 13: 4:
P. Jo. Ferandinus = 53: 6: 8:	P. Costantinus Rosius = 153: 6: 8.
P. Joseph Ursinus = 73: 6: 8:	P. Petrus Gusilinus = 143: 6: 8
P. Laurentius Eghidius = 53: 6: 8	P. Fr. doctinus = 16: 13: 4
P. Nasinguera Spineta = 36:	P. Ambrosius de Ambrosiis = 73: 6: 8
P. Guilielmus Pordenonius = 23: 6: 8:	P. Franciscus Monte = 40:
P. Terentius Justinianus = 83: 6: 8:	P. Fran.s Paduanus = 20:
P. Benevenutus Turius = 113: 6: 8:	P. Franc.s Grandonius = 56: 13: 4
P. Benedictus Corona = 46: 13: 4:	P. Federicus Acielinus = 66: 13: 4
P. Hieron. Camusius = 106: 13: 4:	P. Benedictus Zinus = 90:
P. Hier. Arquatus = 80:	P. Franciscus de Sandrio = 60:
P. Paulus a Stadiis = 83: 8: 6	P. Io. Ancamò = 60:
P. Franc:s Novello = 13: 6: 8	P. Ludovicus Funajolus = 16: 13: 4
R. D. Paulus bonfio = 113: 6: 8	P. Ioanes Fugatus = 36: 13: 4.
P. Barth.s Ragatius = 36: 13: 4	P. Petrus Bursius = 60:
P. Gaspar Bollandensis (?) = 103: 6: 8:	P. Dom. Scala = 130:
P. Hier.s ab Ecclesia = 116: 13: 4:	P. Andreas Colaltus = 33: 6: 8
P. Bart.s Manutius = 43: 6: 8:	P. Ioannes a Cordoanis = 33: 6: 8
P. Simon Righettus = 33: 6: 8:	

Pb.r Benevenutus a Turri pro Canonicatu seu Praebenda de Caserio, si fuerit decisum, esse Canonicatum; solvat et percipiat uti Canonicus, si vero Praebendam, uti Praebendatus. Et ponat libras nonaginta sex soldos tresdecim, parvos quatuor, tempore quo lis decisa fuerit, si autem fuerit declaratum simplex legatum, nihil ponat, neque lucretur.

Dat. Tarvis. in n.ro E.pali Pal. die Martis 26. Mensis Martii 1585.

Franciscus Cornelius Ep.s Tarvis.

Franc.o de Zaghis Not. et Cancell.e
Ep.lis mand.o ascripsit.

L. S.

(- carta 174, tergo)

Ex Processu I. Caps. fol. 55. (*verso sinistra*)

1651. D. 10. Decembre

presentate per D. Andrea Cesana nomine all'Illu.mo Sig.r Pod.à e Capit.o, quali vedute et aperte ha commessa l'esequazione, così reff.e Luce del Cuta Comand.te.

Sp. et Egr. V.⁶

Cum in spretum terminationum Ex.mii pleni Collegii, et Ex.mii Senatussecutarum ad favorem istius Mag.cae Civitatis, et R.mi Capituli ausi sint R.di Valentinus Miatius, et Io.es Donadinus Praebendati, ac R. Bernardus Jani Mansionarius interponere appellationem super Processu formato per Deputatos a R.mo Capitulo, coram Illu.mo E.po, ac R.mo Metropolitano ex defectu iurisdictionis ipsiusmet R.mi Capituli: quod est contra formam supradictarum Decisionum, ac terminationum, V. R. S., ut ad instantiam intervenientium dictae Mag.cae Civitatis, ac R.mi Cap.li mand.o n.ro praecipi faciat dictis Praebendatis, ac Mansionario, quod in triduo renuntiare debeant quibuscumque impetratis in dictis Foris Ecclesiasticis, . . .

⁶ (*a lato, in margine sinistro*) 1651. 9. X.bre.

et hoc in poenam D. 500. Arsanatui n.ro applicandorum cuilibet eorum inobedienti, ser. ser. elevandam, et de executione illius Nobis rescribat.

Venet.s die 9. Decem. 1651.

L. S.

Jo: Franc.us Lauredanus Adv.s Commu.is

1651. adì X.o December (*verso sinistra*)

Ha referto Luca del Cutta Comand.te haver intimato le pr.nti Lettere, et fatto comandam.o, e posto pena come in esse agl'infrascritti.

Pre Zuane Donadini in persona

Pre Valentin Miato, et

Pre Bernardo Gianì ambi in persona.

Ex eodem Processu fol. 60. (*verso sinistra*)

ab extra

Sp. et Egr. V. Pot.i et Capit.o Tar.o Honor.i.

intus

Sp. et Egr. V.⁷

Scriptae fuerunt litterae per illu.m Praecess.m n.rum Sp. V. sub diebus 9. X.bris et 23. Febr.

1651. quod in spretum Terminationum Ex.mi pleni Collegii ac Ex.mii Senatus secutarum ad favorem istius Civit.is et R.mi Cap.li ausus fuerit R.Valentinus Miato Praebendatus interponere appellationem super Processu formato per Deputatos a R.mo Capitulo coram Illu.mo E.po ac R.mo Vic.o Metropolitano, ex defectu iurisdictionis ipsiusmet R.mi Capituli: quod est contra formam supradictarum Terminationum et Decisionum. Quapropter requisitus fuit Praedecessor Sp. V. ad instantiam dictae Mag.ae Civitatis, et R.mi Capituli ut praecipere faceret dicto R. Miato, quod in poena D.m 500. Arsanatui n.ro applicandorum renunciare deberet quibuscumque impetratis in dictis Foris Ecclesiasticis; et ut in ipsis Litteris. Nunc autem denuo condoluerunt Intervenientes dictae Mag.ae Civitatis, et R.mi Capituli, dictum R.m nunquam se removisse, at minime paruisse: ideo Ope magistr.s n.ri implorat.i pro debita executione dictarum decisionum, ac praecipue Terminationis Ex.mii Collegii cum auctoritate Ex.mii Senatus die 31. . . .

(*ottavo fascicolo - carta 175.*)

die 31. Augusti proxime elapsi secutae ad favorem dictae Magnificae Civitatis, ac R.mi Capituli, V. R. Sp., mand.o n.ro replicari faciat praed.o R. Miato quod in termino dierum octo debeat renuntiet suffragiis impetratis, et parere debeat dictis Litteris in omnibus suis partibus: aliter eundem citari faciat ad ex.mum Consilium de XL.a C. N. pro omnibus, et singulis diebus tam mane, quam post, Mensium Jan. et Februar. prox. vent. ad videndum contradici et placitari eius inobedientiam, et sibi auferri poenam supradictam. Et de executione, ut supra,

Nobis rescribat; et si aliquid ille praetendat, compareat coram nobis iustitiam recepturus.

Venetiis die 27. X.bris 1654.

L. S.

Victor Contarenus Advocat.s Co.is

1655. adì 15. Gen.o (*verso sinistra*)

present.o per il R.S.r Zuanne Piazza, nomine etc. l' Illu.mo Sig.r Pod.à aperte ha commesso l'essecuz.e. Reff. Battista de Marchioro Comand.e .

Adì 15. Gen.o 1655.

Ha reff.o Battista de Marchioro Comand.e . . .

⁷ (*a lato, in margine sinistro*) 1654. 27. X.bris.

haver hoggi intimato, fatto comandam.o e posto pena, et citato il molto R. S.r Valentin Miato antedetto in tutto, come nel presente, et così etc.

Dalle autentiche esist. nell'Officio del Sigillo
 Liberal Grigis Nod.o ha copiato, et in fede etc.

Ex eodem Processu fol. 61. (*verso sinistra*)

1655. adi 18. Gen.o⁸

Costituido all'offizio il soprad.o R. P. Valentin Miato, et volontariamente ha rinunciato et rinuncia a qualunque cose impetrate: vid. "ab impetratis in dictis Foris Ecclesiasticis", et in tutto, et per tutto, come le vien imposto nelle presenti per riverente obediencia de queste; et cusì instò annotarsi.

Presente il sp. Sig.r Fran.co Feletto Nod.o, et il Sig.r Gier.mo Volpino Figliuolo del Sig.r Iseppo similm.r Nod.o Testib.s.

adi 19. d.o

ad istanza del sud.o R. Miato ha ref.o Battista de Marchioro Comand.e, haver questa mattina dato notizia in persona al R. Prt. Zuanne Piazza presentator delle L.re Avogaresche della sopradetta rinontia in tutto, come di sopra.

Ex authenticis Litt.s Suprast. in Officio Sigilli Existent.s
 Nicolaus Scoerti Not.s pub.s ad dictum officii. exemplavit,

(- carta 175, tergo)

In hon. S.te et individue Trinitatis⁹.

Anno a Nativitate D.ni Mill.mo centesimo Octuagesimo Septimo. Ind.e quinta Die Sab.i Septimo intrante Martio. P.ntia Pb.ri Tissonis Yeremie et Rubei Michaelis et aliorum.

Ambrosius Tarvisinae Eccl.e Canonicus et Massarius p. se et nomine fratrum suorum interdixit Dopno Johani S.rum Quadradinta priori ex parte D.ni Patriarche et ex parte D.ni Pape ne edificaret Eccl.am in populo suo¹⁰ et si edificaret quod appellabat se nomine fratrum suorum ad D.num Patriarcham et si hec non valeret ad D.num Papam

Actum in Claustro Predicti Monasterii S.torum Quadraginta

Ego Vivianus Sacri Imperij Federici Tabellio interfui et Cartam scripsi.

Ex Rotulo Archivij signato D.º 3. in Fasciculo extra notato Acta authentica quib.s Cap.li jura et praerogativae illustrantur

Ex Membrana Archivi Cap.Iris signata D.º 12. in Fasciculo extra notato
 Acta authentica quib.s jura et praerogativae illustrantur¹¹ (*titolo verso sinistra*)

W.¹² Dei gratia Aquilejensis Sedis Patriarcha

Dilecto in Xp.to Filio F. ArchiPresbytero Paduano Salutem et sinceram dilectionem.

Causam que vertitur inter Prb.rum Enricum de Scaltinico ex una parte . . .

⁸ (*a lato, in margine sinistro*) 1655. 18. Gen.o

⁹ (*come sopra*) Exemplum.

1187. 7. Martii

V. Privilegium Urbani III. 1187. 25. Augusti supra pag. 38. t.o.

¹⁰ (*come sopra*) Populus Capituli qualis erat tantumne Plebis S. Jo:?
 num et Capellarum omnium illi Plebi subiectarum?

¹¹ (*come sopra*) Exemplum

1217. 26. Julii.

¹² (*come sopra*) Wolcherus, aut Wulficherius

et dilectum in Xp.to Filium N.rum Walpertum Decanum Tarvisinum ex altera super Eccl.a S.ti Petri de Scaltinico et super Suspensione officij et Beneficij in eadem E. factam tue duximus experientie committendam Tibi districte precipientes quatenus partibus coram te convocatis audias causam et Deum pre oculis cordis habens eidem Cause debitum finem imponas sciens quod appellationem quam fecerat in eadem Causa ad D.num Papam sine omni tenore in manu n.ra resignavit dictus Enricus.

Ego Giusius Sacri Palatij Tabellio hanc Litteram sygilattam Sygillo D.ni Patryarche jussu D.ni Archipresb.ri Floriani Pad. exemplavi nihil adens seu minuens nisi forte in pontu vel littera aut in compositione litterarum quod sententiam mutet et meo signo coroboravi anno D.ni Mil. Ducente. Septimo Decimo Ind.e V.a Die Sexto exe. Jul.

In Xp.ti No.e Anno Nativitatis ejusdem Mill.mo Ducentesimo Septimo Decimo Indictione Quinta Die Sexto ex. Julio

Cum D.ns Walpuertus Decanus Eccl.e Tarvisin peteret a D.no Florianio Pad. Archipb.ro ut non deberet procedere in causa que vertitur inter ipsum ex una parte et Pb.rum Enricum de Scaltinico ex altera, commissa sibi p. D.um Patriarcham; Cum idem D.us Patriarcha eidem Archipb.ro dictam causam de jure non potuerit commisisse pro eo quod non fuit appellatum ad ipsum: et super hoc dictus Decanus rationes multiplices assignasset quod idem Archipb.r in dicta Causa proceder non debebat; prefatus Archipb.r habito consilio suorum fratrum et plurium sapientum, predictum Decanum ab observatione judicij sui absolvit Actum fuit in Pad. in Eccl.a Majore Testes interfuerunt D.ni bevoise Prb.er . . .

(ottavo fascicolo - carta 176.)

Pb.r Episcopleus. Mag.r Egidialus. Mag.r Morandus Omnes Canonici Pad. Ego Gisius Sacri Palatij Tabellio his interfui et jussu Dicti D.ni Archi.bteri (?) scripsi.

Ex Lib. Actorum AA. c. 36.¹³ (titolo verso sinistra)

Eodem Mill.o (1464.) indict. (12.) die (martis - *la riga è cancellata sin qui* - XVIII. M.s junii.) Tar. in E.pali palacio: in Camera cubiculi R.mi d.ni e.pi Polens. (*anche questa riga è cancellata*)

Eodem Mill.o (1464.) indict. (12.) et die (Martis XVIII. Mens. Junii) loco (in Sacristia parva Cath.lis Eccl.ie Tar.) et presentibus testibus suprascriptis (Ant.o urlò de Venetiis et Ioh.e Cler.o fil. Mag.ri Georgii Sartoris habitator.m Tarv.) et aliis.

Congregati venerab. d.ni Canonici Eccl.e Cathed.lis Tar.e anted.te ad citationem Joh.is clerici Nuncii iurati d.ti Capituli, in quo interfuerunt D.ni Galeotus de cornu Decretorum Doctor Decanus et Canonicus, Joh.es de Armano Decret.m Doctor, Franciscus de Bladino, et Donatus de Zuchareda Decret.m Doctor, omnes Canonici dc.e Eccl.e facientes et constituentes totum et verum Capitulum d. e Eccl.ie cum nemo alius Canonicus sit in Civitate, vel diocesi tar.: qui de iure, vel consuetudine ad dictum Capitulum deberet evocari: praeter D. Donatum biancho, qui, ut asseruit dictus Nuncius, erat Venetiis.

Videntes ven. virum Pb.rum Guielmum rosoli prebendatum in Eccl.ia Cath.li Tar. ad Altare seu Capellam Sc. Catharine fundatam in dicta Eccl.ia: quam Praebendam q.dam obtinebat ven. vir Pb.r Nicolaus de Neritono, nundum ad residendum, nec ad residentiam faciendam in d.a Eccl.ia, ut tenetur vigore Statutorum ipsius Eccl.ie, venisse in ipsius Eccl.ie non modicum damnum, et jacturam: et animadvertentes, de eorum consensu fuisse per R.m d. E.pum Polensem Locumtenentem R.mi d. E.pi Tarvisii . . .

¹³ (*a lato, in margine sinistro*) 1464. 18. Jun.

Sent.a Privationis in Pb.rm Guilelmum Rosoli Praebend. ad Cappellam S.ce Catharine

positum certum Edictum in Valvis dicte Ecclie Tarv. per quod citabatur dict. Pb.r Guielmus peremptorie, quatenus infra certum terminum dicto Edicto contentum, ad quod habeatur relatio, pervenire deberet ad prefatas Eccl.ias et Beneficium, et facere ibi residentiam continuam, ut tenetur iuxta formam statutorum sub pena privationis praefatae Praebendae, et eius Beneficij omnisque iuris sibi in eo competentis, quam incurreret ipso facto, premissa trina monitione Canonica.

Viso lapsu termini dicti edicti, visa absentia dicti Pb.ri Guielmi, et viso quod nemo suo nomine comparuit, allegaturus (*corregge, sbagliando*: allegatas), vel dicens Causas, propter quas, non deberent ipsi d.ni Canonici et Capitulum procedere ad declarationem privationis dicte praebende: et multis aliis attentis et consideratis, omnes unanimiter et concorditer, et eorum nemine discrepante, omni meliori modo, via, iure, et forma, quibus magis et melius potuerunt, et de iure fieri possunt, pronunciaverunt et declaraverunt, ipsum Pb.rum Guielmum propter eius absentiam incurrisse et incursum esse in penam privationis dicte Prebende et eius Beneficii, ipsumque privaverunt dicta Prebenda et eius beneficio, et omni jure sibi in eo competenti, et privatum et amotum esse pronunciaverunt et declaraverunt: et ita pronunciaverunt, declaraverunt, privaverunt, et removerunt in his scriptis ad laudem Dei et eius Matris Virginis gloriose, -- abscente tamen dicto Pb.ro Guielmo.

Ego hieronymus de Felleto q.dam ser Mauribernardi notarii pub.s imp.li auctoritate notarius Civis, incolaque Tarv. et E.palis Curie Tar.e Scriba predictis omnibus dum sic, ut premittitur, ageretur et fieret, interfui una cum dictis testibus, et eam Sententiam de mand.o predict.o D.norum Canonicorum scripsi, et in hanc publicam formam redegi.

Sequitur Collatio eiusdem Prebende, que ad Capitulum pleno jure spectat facta Pb.ro Nicolao Neritono per Decanum de mandato ipsius Capituli eodem die.

(- carta 176, tergo)

Ex Membrana Capitularis Archivi, (inter Bullas)¹⁴

Lucius Ep.s Ser. Ser. Dei

Ven. Fratri Conrado Episcopo, et dilectis Filiis Canonicis Tarvisinis sal. et ap.licam ben.

Constitutus in presentia n.ra P. nuntius vester, quem ad n.ram presentiam destinastis, rescriptum quarumdm Literarum nobis obtulit; Occasione quarum filius Nob.Viri Comitis S. ut in vestra Ecclesia Canonicus fieret conatus est, sicut ipse nuntius exposuit, obtinere.

Quoniam vero literae ipse, ex rescripto quod vidimus, suspecte sunt falsitatis, nolumus aliquid agere de receptione illius, earum obtentu: Sed literas ipsas ad nos sub fideli volumus consignatione transmitti, et portitorem ac presentatorem illarum nobis expresse signari, ut quid super hoc agendum sit, manifestius cognoscere valeamus. Oportet enim tale flagitium ita puniri, ut ex uno facto et praeteritorum pena, et cautela preveniat futurorum.

Dat.º Veletri XIII. Kal. Octobris¹⁵. (A. 1182.)

(*il resto di c. 176. v. è bianco*)

¹⁴ (*a lato, in margine sinistro*) A. 1182.

¹⁵ (*come sopra*) Ex Pagii Breviario pag. 107. ubi VII. Ineunte autem anno 1183. "Lucium Papam Veletris commoratum esse, demonstrant eius constitutio ibidem Non. Febr. data, qua instituitur Archie.patus Montis Regalis in Sicilia etc.

Denique Lucium III. an. 1182. apud Veletrem commoratum esse, ostendunt duae eius epistolae a Rubeo in Hist. Rav. l. 6. memoratae, eoque anno Veletris datae; prior quidem Gerardo Archiep. Raven. XII. Kal. Julii, posterior Kalen. Jul. etc.

Lucium Papam Anno 1183. Romam item venisse, etc. eruitur etc."